UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolvtiones Lectissimorvm Casvvm

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Capellanus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

Visual Library

& p.2.tr.12.reſ.31. Non omittitur autē chorus, ſi quatuor ſunt præſentes: nam quatuor Canonici conſtituunt chorum. Macigni. *p.2.tr.12.reſ.31.*

5 Qui tribus, vel quatuor diebus vltra tempus à Concilio permiſſum abeſt à choro, peccat ſolùm venialiter, ex paruitate materiæ. Fauſt. *p.5.tr.5.reſ.26.*

6 Coadiutor Canonici præbendæ preſbyteralis, ſedere debet in choro ante Canonicos præbendæ diaconalis, & Coadiutor diaconalis ante omnes ſubdiaconalis: quia Coadiutores inſeruiūt in eodem ordine, in quo coadiuti. Ganant. & Leone. *p.4.tr.4.reſ.88.*

Capellanus.

1 QVando fundator Capellaniæ Sacerdotalis, illam conſtituens, vſus eſt verbis affirmatiuis, v.g. inſtituatur Capellanus Sacerdos qui Miſſas celebret, poterit illa conferri etiam illi, qui non eſt actu Sacerdos, modò ſit aptitudine, ita vt intra annum fieri poſſit, ſicut fit in beneficiis parochialibus. Gonzalez & alij 3. Quod ſi tantùm dicat; Inſtituatur Capellanus qui Miſſas celebret, poterit illa conferri etiam Clerico 14. annorum, quia illa verba non

non exigunt, vt celebret per ſe, ſed poterit celebrare per alium. Caſt. Palaus. & alij 3. *p. 4. tr. 4. .eſ. 227.*

2 Si Capellanus ægrotauerit per aliquot dies, puta 10. aut 15. non obligatur ad Miſſas per alium celebrandas. Barboſ. & alij 5. etſi Nauarra & Naldus etiam per ſpatium vnius, vel duorum menſium excuſent. duo enim menſes breue ſpatium ſunt. Peyrin *p. 2. tract. 14. reſ. 27. & p 5. tr. 13. reſ. 51.* Niſi conſtitutio aliqua, aut nota conſuetudo obſtet. *p. 4. tract 4. reſ. 238.*

3 Epiſcopus non poteſt compellere obtinentem Capellam vt ipſemet celebret, licet in fundatione Capellæ dicatur Capellanum debere celebrare, niſi expreſsè caueatur à teſtatore, vt Capellanus per ſe ipſum hoc agat. Barboſ. & alij 4. Hîc notandum, Capellam ex ſe non eſſe ſacerdotalem, proindeque ſimplici clerico annor. 14. poſſe conferri. *ibid. reſ 87. & p. 2. tr. 14. reſol. 18.*

Cardinalis.

1 CArdinalatus non eſt niſi de iure humano, vnde per Pontificem extingui poſſet. Sanch. & alij. etſi multi contrarium doceant. Turrecrem. & alij 11. *p. 5. tr. 2. reſ. 2.*